FLORUS LUGDUNENSIS. PS. AMALARIUS METTENSIS. EXCERPTA

Zwettl, 4. Viertel 12. Jh. Seite 26v

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31714
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift



uera oblatio: in qua filius offert.
pater reconciliat. Quia ut apls
ait. Xpc dilexit nos. et tradidit
semetipsum pro nobis oblationem.
et hostiam deo in odorem suauita
tis. Et tali oblatione placatus:
dies nros quib; in hac mortalita
te int diuersas tentationes. et
inpugnationes uiuum. in sua
pace disponat. ita omnia sua pi
etate moderando: ut ferre pos
simus. ut ab eius pace non deficiam:
Vt si in mundo pressuram ha
bem: in illo pace habeam. finito
aut huius mortalitatis cursu. ab
eterna dampnatione ereptos. in e
lectorum suorum grege nos annumera
re dignetur. Quia ipsa quoq; pen
nis regni predestinatio. ita est ab
omptente deo disposita: ut ad hoc
electi ex labore perueniant. Qua
tinus postulando mereantur
accipere: quod eis omps ds ante
secla disposuit donare. Sequitur
in mysterio. Quam oblationem tu
ds in omnib; qs benedictam. as
scriptam. ratam. rationabilem.
acceptabilem. quam facere digneris:
ut nobis corpus. et sanguis fiat.
dilectissimi filii tui. dni. nri.
ihu. xpi. Oratur omps ds ut ob

lationem suis sacris altaribus
inpositam. et tantis precib; comen
datam. ipse per uirtutem spc discenden
tis. ita legitimam. gra. et perfec
tam eucharistiam pauc efficiat:
ut in omnib; sit asscripta. id est
in numerum placitorum sibi munerum
recepta. sit et iam rata. idem in mo
bili firmitate perpetua. Hoc namq;
dr ratum. quod est in mobili rati
one firmum et inconuulsum: sit
quoq; eiusdem spc sci operante uir
tute rationabilis. et per hec omnia singu
lariter deo grata. et acceptabilis:
Vt quam uis de simplicib; terre fru
gibus sumpta. diuinitatis benedicti
onis ineffabili potentia. efficiatur
fidelib corpus et sanguis unigeni
ti filii dei: sic ipse unigenitus testa
tur dicens. Caro enim mea ue
re est cibus: et sanguis meus uere est
potus: Vt per hunc cibum. et potum
impleatur in mentib; sumentium
quod ipse promittit dicens. Sic misit
me uiuens pater: et ego uiuo propter
patrem: et qui manducat me. et ip
se uiuit propter me. Hec est ergo uera
et eterna hostia. quia uera et eterna
eius uirtus est: uera et eterna perficitur
salus. Et enim noui et eterni tes
tamenti. hec est rationabilis